

www.e-rara.ch

**Iusta defensio antiquissimi diplomatis quo Ludovicus imperator
coenobium nobilium virginum Lindaviense nono abhinc seculo stabilivit**

**Rassler, Maximilian
Constantiae, anno 1691**

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24563>

Caput II. Diploma ipsum proxime ad autographi fidem expressum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



C A P V T II.

Diploma ispum proximè ad Autographi fidem expressum.

IN nomine *domini dei & salvatoris nostri iesu christi* hludovvicus divina repropiciante clementia *Imperator Augustus*. Si locis *deo* dicatis quippiam muneris conferimus & *imperialis* munificentiae morem exsequimur & (haecenus literis majusculis) Divinum *per* hoc nobis favorem facilius conciliandum confidimus. Idcirco noverit collegium omnium fidelium *nostrorum* presentium videlicet & futurorum qualiter *adalbertus* fidelis vassallus *noster* & sacri palatij comes *presentibus* scilicet nonnullis fidelium *nostrorum* principibus *nostram* adiens celsitudinem obtulit obtutibus *nostris* quoddam cenobium *sanctimonialium* nomine lindaugia situm infralacum vvithse & constructum in honore *sanctae dei* genetricis **Mariae** quod idem *adalbertus* pro salute & remedio animarum omnium parentum suorum & suae primo fundavit omnibusque suis allodiis augmentavit & jure *dei* servitium ibi ordinavit. Sed ne deinceps laudes divinae & regulares disciplinae ibidem deficerent dignitatem *nostram* *per* interventum fidelium *nostrorum* illustrium rabani scilicet *sanctae* mogontinae aeccliesiae

metropolitae nec non salomonis videlicet constantien-
 sis aeclesiae praesulis postulavit. quatenus pro redemptio-
 ne animae nostrae nec non parentum nostrorum eidem mo-
 nasterio aliquid muneris conferremus & eandem liberta-
 tem & justiciam quam constantiensis habet aeclesia in
 omni (hic perforata est membrana, & supernè ascripta haec
 vox regulari) jure concederemus. Cui rationabili &
 ut credimus divinitus illi instinctae petitioni libenti ani-
 mo assensum prebentes decrevimus ita fieri & secundum
 dei judicationem ac fidelium nostrorum suggestionem
 hoc nostrae auctoritatis praeceptum jussimus inde con-
 scribi. Per quod decernimus atque omnino jubemus
 quatenus prenomiatus sacer locus habeat possideat quid-
 quid ex libera hereditate prefati fidelis nostri filius noster
 sperare debeat. in tributis in monetis in teloneis & navi-
 gationibus ac liber salvus & quietus sine cujuslibet personae
 contradictione vel molestacione prorsus permaneat. & in
 dispositione abbatissae ejusdem monasterij consistat.
 Statuimus [etiam hic perforata est aliquantulum membra-
 na in medio hujus vocis] quoque per ejusdem auctoritatis
 municionem ut nullus publicus judex neque dux neque
 comes aut quislibet ex judiciaria potestate aeclesias cur-
 tes aut loca vel agros seu reliquas possessiones memora-
 to monasterio presenti tempore subjacentes vel quae de-
 inceps in jus & dominium ejusdem monasterij divinae
 pietatis augmento pervenerint ad causas audiendas vel
 freda exigenda vel paratas faciendas aut homines etiam
 tam ingenuos quam & servos super terram ejusdem mo-
 nasterij commanentes distringendos nec ulla redibitio-
 nes (etiam hic attrita est nonnihil membrana) vel bannos aut il-
 licitas occasiones requirendas seu ullum publicum placitū
 habendum ullis temporibus ingredi vel ea quae supra
 memo-

memorata sunt exigere *presumat*. Et ut censales homines sive familiae in *quibuscunque* locis sint constituti pacem habeant & coram nullo comite regant, aut bannū *persolvant* (hæc egrè legi possunt propter plicas) aut seculare negocium habeant *nisi* coram abbatissa *vel* ipsius monasterij advocato.

Idem autem advocatus bis in anno semel in estate *secundo* in hieme placitum habeat *sed ultra XII equos* nullum adducat. Et *tunc* honeste procuretur. *quicquid* placitando *adquiserit* due inde partes erunt abbatisse *tertia* advocati. Nullum domus *Dei* servientem sine abbatissa *vel* ipsius consensu ad iudicium cogat. Nullum de familia sine *justa sociorum suorum* deliberatione *dampnet* *vel* coherceat. Nullum subadvocatum *vel* exactorem sine abbatissae permissione sibi constituat. Nihil privati muneris *vel* servitij à quolibet loco sive curte sive a cellarijs quasi ex debito & statuto sibi jure exigat Mansiones seu *pernoctationes* undique in locis ejusdem monasterij frequentare caveat. Quod si *ultra statutum nostrum* alicubi placitare voluerit ipse de *tercia* sui parte ibidem sibi contingente *provideat quid* ad *sumptum* habere debeat nisi forte aliqua de causa ab abbatissa illuc vocetur a qua *tunc* decenter sibi exhibeatur *quod* oportet. *Proinde* si *quisquam* advocatus hæc statuta obstinata audacia transgressus fuerit nisi sane resipuerit sexaginta libras auri optimi XXX palacio *nostro* XXX supra dicto monasterio *persolvat*. Et ipsa advocacia cum ceteris commodis in *perpetuum* careat Nos quoque supra dicti fidelis Vassalli *nostri* petitionibus & voluntati *per omnia* fatiscere cupientes firmissima largitate constituimus ut *quando* divina vocatione abbatissae *prefati* monasterij ex hac luce migraverint *quamdiu* ipse *sanctimoniales* inter
fe

se tales invenire potuerint quae ipsam congregationem secundum regulam suam bene regere prevaleant eligant *fin* autem firmissimam licentiam alias eligendi dominas cum consensu regis *vel imperatoris* habeant. Si quis autem homo *cujuslibet* potestatis existens ausu temerario contra hoc privilegium agere presumpserit, aut prefatum venerabile monasterium *vel aliquas* pertinentias ejusdem beneficiali causa cuiquam hominum concedere temptaverit nisi resipuerit & his nostris institutis adquieverit nomen & memoriale illius de libro vitae subtractum maneat in aeternum maledictum Haec autem superius comprehensa pro emolumento animæ nostrae ad idem monasterium contulimus quatenus abbatissa ejusque conforores nec non canonici sanctissimae Virgini **Mariae** ibi famulantes stipendium necessarium habeant & pro nobis alacrius dei misericordiam exorare procurent & ut haec nostra imperialis auctoritas plenior in dei nomine obtineat vigorem anuli nostri impressione adsigniri iussimus.



Ymum **H** **L** hilduneyssum imperatoris
hymuneyssum imperatoris hilduneyssum



anno incantae ym deee (XY)

data xi k. l. martij anno xpo pygriao xxvi impēssu domny hilduneyssu augusti Indidione 11 Adum boqumw palawio regio in d. nonne felicitate AME

se tales invenire potuerint quae ipsam congregationem
secundum regulam suam h



Atque hoc est genuinum Diploma ijs , quoad potuit, literis repræsentatum , quales Autographum habet. Non pauca diversa sunt ab ijs , quæ tam alibi , quàm in Vindicijs cœnobialibus leguntur : sed pleraque momenti non magni, aut quæ talia vindices existimârunt , & idcirco sibi non multum laborandum censuerunt , ut accuratiùs exprimerent. Ne autem de nostra hac editione, & cum literis ipsis, quas multùm diligentérque inspeximus , & velut expinximus, conformitate cuiquam prudenti fas sit dubitare, Universitatis Anterioris Austriæ, quæ nunc Constantiæ sedem fixit, autoritate & testimonio comprobamus , nos ne latum quidem unguem, quoad licuit, ab Autographo aberrâsse. Voces, quæ compendio scriptæ erant , alio characteris genere curavimus exprimi ; cùm typographi notis & formis illis verba contrahendi careant. Litera quoque *m* finalis expressa hîc legitur , licet fermè in Autographo compendiaria ratione scripta sit. Licebit hinc etiam colligere , quàm Illustrissimus Parthenon non refugiat Diploma suum viris cordatis inspiciendum præbere, sicut ego non paucis exhibui, quos nominare possem, si res posceret ; qui tum alia, tum illud me non admonente deprehenderunt , Annos Incarnationis Christi, qui ad dexterum Sigilli Imperatorij latus adjecti sunt , aliena à manu temerè & negligenter esse additos. Nam nec locus hîc est , quo in Diplomatis exprimi illi anni solent , cùm vacuum relinquatur, ut in pluribus apud Mabilionem videre est de re Diplomatis. fol. 399. 407. 409. &c. nec characteres alijs in Diplomate similes.

Magna etiam fuit illud additamentum assuentis oscitantia, dum pro *Incarnat.* scripsit *Incanat* ; quod Hirminmari Notario, aut ejus amanuensi tribui non debet : adde, quòd nimis quàm manifestè anni illi non respondent annis infra scriptis : & credat quis hominem, qui cetera tam appo-

sitè ad fidem faciendam confinxerit, in re tanti momenti ; & tam facilè ab alijs notanda à se ipso tam latè discrepâsse ? Assumentum ergo profectò est, eâ causâ additum quam aliàs indicabo. Haud aliter quàm à tergo Diplomatis aliàs, & à nescio quibus, qui rectiùs eo labore supersedissent, hæ epigraphæ exaratae sunt : prima caractere satis antiquo & equabili : *preceptum bludovvici imp. de lindaugia.* Secunda hoc demum aut proximè præterito seculo, ut characteres indicant, adscripta. *Privilegium Kaisers Ludovici des Anderen a° 866. dem St. Stiff und Gotteshaus Lindau gegeben.* Tertia paulò infra simili caractere addita hæc est : *Insinuationis Kay. Privilegien das St. Stiffes Lindaw.*

A Omiffa ubique sunt punctula, quibus litera *i* hodie notatur, pro more illius ævi, videantur exemplaria, quæ magno numero affert P. Joan. Mabillon de re Diplom. fol. 399. & seqq. & P. Papebrochius in prælim. ad 2. tom. April. Interpunctionum quoque rarus usus.

Testimonium Universitatis Constantiensis invenies in fine libri ante Diplomata Imperatorum operi adjecta.

